

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VI. Excerpendum esse testimonio, & exemplo Jacobi Pontani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

dicebatur. Quâ de causâ Lipsius hominem eum vocat, cui non mentiri solum nefas est, sed & blandiri. Frustra ad eum deferebatur, si quis absenti encomium diceret, si quis convicium; nisi ratione dictum animadverteret. Tum verò reprehendentibus ne minimum quidem obluctabatur; in nulla excusâ num dumeta correbat: ex hostibus etiam capiebat fructum, ex venenis parabat antidotum. In omnibus rationem lucem sequebatur, cetera fuisse deque habebat. Submissio in eo maxima. Unum id pra reliquis domestici stupebant omnes, tantum virum oculis caligantibus & pene cæcitantibus, graviter & prompto libentique animo, dum alii mente assiderant, itam autem in loco anagnosæ solito in commode sedentem, horum aliquem pium de more prælegere, & ad alterius arbitrium accentus & tonos vel invertere, vel dirigere. Quod quidem quanti sit, nōnulli illi præfert, qui in Religiosis familiis degunt, & hujusmodi se exercitis subiungunt. Atque hæc vita fuit Deltrii, inter libros, dum viveret, sepultus.

Submissio
maxima.

Henrici
Zeberti
Dungæi
Theologie
Doctoris
de ejus
scientia
testimo-
nium.
Hæc è vita
Deltrii, quæ
scripta Her-
mannus
Langewel-
tius, additæ
Antwerpia
anno 1609.

Portio de hoc viro Henrico Zeberti Dungæi Theologie Doctor testatur, in Adversarii, quæ annorum novemdecim, illustrando Seneca dedit, plus minus mille & centum variorum Auctorum in diversis scientiis, & linguis sententias maximo cum labore ac judicio conscribi. Quare fatetur Lipsius numquam legisse, numquam vidisse, a omnino nescire an sint scriptores quos non paucos illud ævi nostri miraculani (ita loquitor, & Deltrium nota) ad testimonium dicendum citate solet. Cum scriptor Deltrius arripiuit, non ante dimisit, quam attente atque integrè perlegisset, quæcumque autem (nota hoc, Faustine, nota, obsecro) quæcumque in capedunculas, Excerpta & notas litterarii sui thesauri referenda judicavit, ea scitè exscriptis. Ita plus simplici vice omnia Alphonsi Tostati Abulensis volumina (sancti quindecim) non suspenso, sed presso vestigio percurrit.

En ipsum eruditioñis fontem, en veram tot librorum à Deltrio editorum origitem, Excerpta & Notas. Quod de Plinio, idem de Deltrio dici potest: Nihil umquam legit, quod non exerceperet. Hinc doctrinæ supelle amplitissima, hinc eruditioñis thesaurus maximus. Omnia è memoriam, velut stamen è pano trahere, non Deltrius, non alijs quicquam potuit. Excerpta & Nota subisdio venerunt. Excerptendum & Notandum. Aliter hæc sacra non constant.

C A P V T VI.

Excerptum esse testimonio & exem-
plio Iacobi Pontani.

F AVST. Haberem quæ obducere adversus dicta. E VLOG. Sermonem, obsecro, finiti patere: & obducendi locus erit amplissimus. Pergo igitur, & Excerptum ac Notandi necessitatem testimonio & exemplo plurimum confirmo.

Jacobus Pontanus in politiori litteraturâ vir oppidò eruditus, qui aratem omnem ad usque ultimos vitæ dies legendo ac scribendo duxit, reverâ libris immortuus. Nec enim calamum ante posuit, quam fatalis lectulus avocaret à chartis, quibus perdius arque pernox inhærebat. Annū vivendo attigit octogesimum quartum. Dignissimus senex, qui in Parnasso inter libros condensatur immemoriali memoriam, quam sibi scriptis peperit. Libros, ut mea mihi excerpta suggesterunt, hos edidit.

Augustus
Vindelicoru-
morus
an. 1616.
die 25. No-
vembri.
Catalogus
librorum
ab eo scri-
ptorum.

Progymnasium volumina quatuor, quibus omnia pene, que in confitudinem & usum communem incident, Latinâ dictione complexus est. Institutiones Poeticas, Florida versu eleganti, vario ac tereti scripta, Symbola in Virgilium, opus grande ac laboriosum. E Græco plurima in Latinum idiomam transluit; uti sunt

A Joannis Cantacuzeni libri quatuor de bellis Andronicis, Georgii Phranzae Chronicon Orientalis Imperii, Philippi Solitarii Dioptra, & Nicolai Cabasilæ vita Christi, Simeonis Junioris orationes 23. Simeonis Episcopi Thessali de divino Templo, & Ascetica, Theophylaci Simocata historia de Mauricio Imperatore, Commentaria B. Cyriilli Alexandrinii in Propheras Minoras, Dialogi de Spiritu & carne. Hæc è Græciâ in Latium translata sunt. Prater hæc scisit Pontanus Commentarios in Ovidii Metamorphos, Commentarios in Ovidii Elegos de Ponto & Tristibus, Ovidianas Guomas, Philocaliam, Bellariorum Atticorum volumina tria, &c.

Hunc librorum numerum Pontanus sine dictis Excerptis numquam in lucem dedisset. Quid autem hic Ejus de ipse vir litterarii artificii scientissimus de Excerptendo ceperat modo senserit, ipsiusmet verbis te docebo. Injectâ mentione Plinii Majoris, ejusque summa in Excerptendo industria laudata, hæc addens Pontanus: Vir animi strenuus Pont. vol. 1, part. p. 1, m. 107.

B simi, ait, & exempli rarissimi, compendiariam sibi & proximam viam excogitavit, quæ ad summas eruditioñum facultates, atque copias & gradetur ipse, & easdem ad usum fructum publicum in lucem appetitum proderet. De libris alius ab illo confedit, ut nihil loquar, Historia naturalis, quæ sola temporis injurias & dentes effugit, hinc instituta originibus, ijsdem aucta proficit incrementis (Notis feliciter & Excerptis.) Quando enim vir ille, duorum milium circiter volumen lectione, virginis milia rerum curâ & studio dignarum, sex & triginta libris inclusisset, si non è tot scriptoribus locos praecipuos adnotasset, & tamquam summarum summas collegisset? Quod quidem judicio, non temere ordine non promiscue atque confuse, eum fecisse sufficiari libert. Quomodo præterea, quid quisque, quæ distributione, quid proprium, quid alienum, aut in medio possum, quid electum ac recondition, quid evulgarum ac popularē affert, diuturnâ custodiâ memoriam, sine hoc certissimo (nota, Faustine, nota) opportunissimumque subdicio Excerptorum potuisse? Quæ tamquam brevia, parvasque epitomas, quies vellet (volebat autem se p̄fissime) operā non difficultpercurrebat.

Nec dubium quin scriptores Plinius jam olim hac in re habuerit. Pontani testimonio ex occasione geminum illi adjungo.

M. Antonius Muretus in Republicâ Christianâ Tul- M Antonii
zius, de illo ipso Plinio ejusque Excerptis ac Notis dif- Mureti de
ferens: Illum verò, inquit, Promum condum rerum omnium Plini ex-
situ dignarum, illud receptaculum ingenuarum artium, illum eruditioñis oceanum C. Plinum quæ umquam satis pro dignitate vel admirari, vel celebrare poterit? Qui nullum umquam Mureti
librum vidit, quem non legerit; nihil cognitum dignum legit, quod non exscripterit; nihil exscriptis, quod non in litteris retulerit. Itaque unum ipsius opus, quod de plurimis extat, Naturals his- lamin. 2.
toria, instar ingentis bibliotheca videri potest.

Ita Muretus & Pontanus de Plinio sensere; ita nos de Mureto & Pontano sentiamus, eos sine copiosis ac variis Excerptis tam multa variisque nunquam scripturos. Eruditioñem tam multijugem Excerpta parvum & Notæ. Sed hoc jam pluribus confirmo.

C A P V T VII.

Excerptum esse testimoniis & exemplis ple-
rorumque omnium eruditorum.

Q Vod de Excerptis jam diximus, id omnium pene Alii plei-
doctorum hominum voces & exempla firmant, que excep-
Quisquis umquam in litteris serio proficeret laboravit, pia pro-
Notandi & Excerpti labore non fugit. Hæc una ad
artes & scientias compendiaria via est. Fugis hos labo-
res: fugis ergo scientias, & ut desidiam non repellas,
ignorantiam amplecteris; quia mavis plurima nescire,
quam ea cum studio Excerptere.

Longè aliter ii, apud quos in pretio est lectio non otiosa. Omnes eruditorum classes percurramus, & quod